



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

2 Suspensio, quid sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- municationis sententiam incurrunt.
- 91 Clerici, & regulares interdicti tempore (cum silentio tamen) possunt sepe-
liri.
- 92 Interdictum pro pecuniario debito mini-
mè laxandum.
- 93 Pecunia appellatione, quidquid pecunia
estimatur, intelligendum.
- 94 Interdictum in Romana curia pro pecu-
niario debito, ab Auditore Camera A-
postolica laxari solet.
- 95 Obligantes se in forma Camera Aposto-
lica ad solvendum summam aliquam
Romæ, vel alibi, omnibus censuris se
submitunt.
- 96 Consuetudine, aut legitima prescriptio-
ne, aut papa approbatione excommu-
nicandi, & interdicendi, jurisd. suo
acquirunt.
- 97 Pecuniarj debiti causa, ut interdictum
relaxetur, qua requirantur.
- 98 Interdictum pro ulla pecunia quanti-
tate laxari posse expressè prohibe-
tur.
- 99 Iudices ecclesiastici interdictum pro de-
bito pecuniario laxare non possunt.
- 100 Animas debiti suffragijs defraudantes,
ad restitutionem tenentur.
- 101 Acta, qua contra leges fiunt, sunt
nulla.
- 102 Auditor Camera Apostolica non habet
facultatem pro debito pecuniario in-
terdictum promulgandi, nisi ei speciali-
ter demandetur.

CENSURÆ † Ecclesiasticæ sunt tres, nempe, excommunicatio, sus-
pensio & interdictum. Et quia pro-
ximo cap. de excommunicatione egimus,
restat, ut de suspensione, & interdicto
nonnulla differamus.

Periculosum quidem est Episcopis, &
aliis superioribus, Archiepiscopis scilicet,
Patriarchis, & Primatibus propter ex-
ecutionem pontificalis officij, quod fre-
quenter incumbit, ut in aliquo casu
interdicti, vel suspensionis sententiam ipso
facto incurrant. Idem Innocentius IV.
in concilio Lugdunensi provida delibe-
ratione duxit statuendum, quod Epi-
scopi, & alij superiores prædicti nullius
constitutionis occasione, sententiæ, sive
mandati prædictam incurrant sententiam,
nullatenus ipso jure, nisi in ipsis de Epi-
scopis expressa mentio habeatur, *c. quia pe-
riculosum, juncta gl. in verb. superioribus, de
sent. excō. in 6.* & idem est de Cardinalibus

non Episcopis, ut tenent ibi Dō, & Francj.
Suspensio † est censura, qua alicui per-
sonæ ecclesiasticæ prohibetur exercitium
sui officij, vel beneficij ecclesiastici in to-
tum, vel in parte à judice, vel à lege in-
flicta. Navar. de suspens. c. 27. n. 151. tom. 3.
& Graff. in decis. par. 1. lib. 4. c. 25. num. 1.
quam Card. Tolet. breviter definit, in-
quit enim, quod suspensio est ecclesiastica
censura, privans usum ecclesiastici officij,
aut beneficij, ut in instruct. sacerdot. lib. c. 42.
in princ. quod præcipue cavere debent E-
piscopi in ordinum collatione, quorum
causa in pluribus casibus contra ipsos su-
spensionis pœna est imposta.

Primò enim, † quantum ad ordi-
nes, Episcopi ordinantes clericos alicui
probitas ac mores Ordinariorum suorum
testimonio commendentur, à collatione
ordinum per annum, & ordinati, à susce-
ptorum executione, quamdiu propriis
Epi-